



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Quid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari prouenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

III. An conuenienti modo reliqui Prælati Societatis instituantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

CAPVT III.

Vtrum conuenienti modo reliqui Prælati in Societate instituantur.

I.
Prælati alij
in Societate
à Generali
ordinariè
creantur.

DE duobus in præfenti inquiri potest, scilicet de creatione & de duratione horum Prælatorum: & in utroque dicemus, prius quid Societas obseruet? deinde rationem vtriusque reddemus. Quoad priorem partem institutio Societatis est vt Prælati omnes inferiores, sub Generali non fiant per electionem, vel suffragia subditorum, sed per voluntatem seu provisionem Præpositi Generalis. ita habetur in 2. p. Constit. c. 3. §. 14. vbi de Generali dicitur, Constituat per seipsum Rectores Collegiorum, & vniuersitatum, ac Præpositos locales domorum, quos aptiores fore iudicauerit. Prouinciales item, Præpositos, &c. Similia sumuntur ex eodem cap. §. 3. & cap. 5. §. 1. & 4. p. cap. 2. & sæpe alijs. Propter illam autem particulam, per seipsum additur in eodem cap. §. 15. Quod si Prouinciali facultatem constituendi Præpositos Locales & Rectores communicauerit, eiusdem Generalis ei: eosdem confirmare, vel remouere.

II.
An quæ
generalis de
legare alij
electionem
prouinciali.

Quibus verbis significatur, non posse aliis committere electionem seu creationem Prouincialium, quantum per Prouinciales, vel per alios, prout sibi videbitur, possent inferiores Præpositos vel Rectores instituire. Quia verò expressè ibi non denegatur hæc potestas delegandi facultatem ad creandū Prouincialem, sed solum tacetur, ideo non existimo esse illi absolute sublatam: nam cum hæc potestas constituendi Prouinciales in Generali sit ordinaria, communi iure delegabilis est; ergo si non expressè prohibetur aut limitatur ex iure communi obtinetur, quantum expressè, & specialiter non concedatur. Nec sola taciturnitas sufficit ad eam limitandam: nam licet qui vnum exprimit, & aliud tacet, illud excludere præsumatur, c. Nonne. de præsumption. cum similibus, nihilominus illa præsumptio non est sufficiens quando ius commune in contrarium existit. Maxime quia potuit id fieri ad significandum frequenter posse accidere, vt inferiores Præpositi, vel Rectores per alios, scil. Prouinciales, eligantur; Prouinciales autem cum iure ordinario immediate subint Generali, regulariter non debere per alium immediate eligi. Hoc tamen non obstat, quominus in aliquo casu possit Generalis hoc committere Visitatori v. g. vel alicui commissario; imò & in praxi id positum esse nobis constat, & ideo hæc pars vt certa tenenda est, præsertim si non absoluta electio, sed inter duos aut tres à Generali designatos committatur. Confirmatio etiam, quæ in huiusmodi casu Generali reservatur, esse potest, vel consequens, (vt sic dicam) vel antecedens. Consequens appello, quando facta electione per commissarium Generali notificatur, & ipse ratam illam habet. Et hic est ordinarius modus confirmandi huiusmodi electiones. Nihilominus non censo esse absolute prohibitum, quominus Generalis possit, si velit, simul committere hanc potestatem ipso facto confirmando electionem ex quo facta fuerit, quod voco antecedenter confirmare; quia ibi non præcipitur vt confirmatio subsequatur, nec propter hoc posita est illa constitutio, sed ad potestatem Generalis declarandam.

An conueniat creari superiores per vnius Generalis iudicium.

III.
Præmissis
hæc b. m. m.
bris.

Superest, vt rationem huius regiminis reddamus. videtur enim nouum & alienum à communi iure, & vsu cæterarum omnium religionū, & ideo non debuit sine magna & vrgente necessitate, ac ra-

tione introduci. Eò vel maxime, quia vix fieri potest, vt vnus Generalis Præpositus possit iuste ac conuenienter eligere Superiores, in tot prouincijs loco & notitia remotissimis, & in tanta hominum multitudine, quorum omnium sufficientem notitiam habere, vt ex eis digniores ad hæc munera eligatur, prout ratio iustitiæ postulat, difficillimum est. Nec satis est dicere per informationem ac relationem aliorum, posse Generalem comparare hanc sufficientem notitiam personarum: nam in huiusmodi informationib. possunt facile errores & deceptiones misceri, vel propter ignorantiam eorum qui informant, vel etiam propter affectionem, vel aliam humanam passionem: sumus enim homines, & in tanta multitudine vix fieri potest quin aliqui huiusmodi affectus inueniantur, vel è contrario fieri non potest, vt in multis sit prudentia & rectitudo necessaria, ad huiusmodi informationem præstandam; eò vel maxime, quia huiusmodi informatio petenda est ab hominibus eiusdem ordinis, vt sic dicam, id est, aptis ad eadem munera & officia, & ideo facile accidere potest vt vnus de alio simile informet, ne sibi ad tale munus aliquando impedimento sit. Denique in huiusmodi informatione non potest non esse magna iudiciorum varietas, quæ confusione magnam pariat in eo, qui in loco est valde remoto, & veritatem per se inquirere non potest: & ideo hic modus videtur expostus multis erroribus circa electionem dignarum personarum; præter alia incommoda, quæ ex his informationibus sequi possunt, vt falsæ detractiones, manifestationes occultorum peccatorum, exaggerationes minimorum defectuum: vel è contrario, falsæ laudes, & commendationes pro infinita varietate iudiciorum & affectuum.

Secundò principaliter obicit potest, contra huiusmodum regiminis, quia electio proprii Prælati, videtur esse multo magis accommodata statui religioso, quia in eo esse debet obedientia maxime illi, & voluntaria. Ad hoc autem, considerata humana nature conditio, multum confert vt superior & antea sit cognitus, & amatus à subditis, & spontaneè ab ipsis assumptus. Nam si ab extrinseco proueniat, quodammodo violentum est, & ideo minus amabile, & ipse etiam qui eligitur priusquam cognoscat subditos, eosque vt filios tractare & diligere incipiat, suum tempus fortasse explebit, maxime si ex vna prouincia ad regendam aliam, prout nonnunquam fit, à Generali mittatur. Atque hinc in Ecclesia factum est, vt monachis ius sibi eligendi superiores fuerit concessum, vt in tract. 8. generalium ostendimus, & refert etiam ex Concilio Toletano Gratianus in cap. vlt. 17. q. 7. habetur autem in Concilio Cabilonensi 2. cap. 7. & 18. q. 2. suntque multa alia iura, quæ ob eandem causam statuunt vt Prælati religionis eligatur ex eadem religione, & ex eodem habitu, & si fieri potest, ex eadem domo, quod specialiter de monialibus significauit Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 7. de Regular.

Nihilominus credo non sine peculiari Dei prouidentia & Spiritus sancti inspiratione. B. Ignatium hunc modum regiminis Societati reliquisse, eum censo esse ex rebus in primis necessariis ad Societatis conseruationem, & profectum, & præsertim ad eius pacem, & tranquillitatem. Et ad hoc comprobandum præter autoritatem fundatoris, & sociorum eius, & consensum perpetuum totius religionis habemus autoritatem Pontificum Pauli III. & Iulij III. in quorum Bullis de confirmatione instituti, hæc verba habentur: Proprii cuiusque gradus iudicium & officiorum discretio ac distributio tota sit in manus præpositi per nos eligendi, vel eorum, quos ipse sibi ea cum auctoritate substituerit, vt congruus ordo seruetur in omni hoc, cum ipsi instituta communitate necessarii. Habemus deinde remota, per

per diuturnam experientiam ex hoc modo regimini, nulla incommoda alicuius momenti hæcenus sequuta fuisse, imò ratione illius cum magna pace, & tranquillitate & seruato iustitiæ, & charitatis ordine fuisse Societatem gubernatam. Merito ergo credimus hunc modum regiminis esse accommodatum huic instituto, iuxta suum peculiarem viuendi modum, quidquid sit de aliis religionibus, vel congregationibus, quorum proprios mores non improbamus.

VI. Rationes, quæ utilitatem huius regiminis ostendunt præcipue sumuntur ex maioribus incommodis, quæ ex alio modo creandi Prælatos sequerentur Societati, & per hunc vitantur. Tribus enim modis creati possunt Prælati inferiores, primo per electionem faciendam à tota communitate proportionaliter, seu respectiue: secundo ab aliquo superiore Prælato, cum aliquo consilio definitiuo, seu ad plura suffragia: tertio à Prælato, ita ut in illo solo sit potestas, quamuis uti debeat pudenti consilio suorum ministrorum. Primus modus habet in primis magnum periculum generandi spiritum ambitionis, quæ pectus est religionis, ut nostræ constitutiones sepe dicunt, & supra lib. 6. cap. 7. agentes de votis professorum ex sanctis Patribus confirmamus: nunc sufficit illud Basilij in constitut. monast. cap. 10. Inter fratres principatum nullo modo appetere monachus debet: siquidem diabolica ista pestis est, & libidinis dominandi labor. Et infra, qui autem ab eo vicio capiti tenentur, eos inuidiosos, contentiosos, insimulatores, imprudentes, calumniatores, assertatores, ueritatem humilis ubi non conuenit, illiberales, gloriosos, sextantis denique alius huiusmodi turbis referros existere necesse est. quæ sigillatim explicat & prosequitur. Quod autem hoc vitium regulariter valde coniunctum sit cum huiusmodi electionibus, satis experientia ipsa ostendit, & ferè in omnibus congregationibus, & in superioribus saepe declaratum est; maxime vero esse potest hoc periculum in electionibus, quæ per suffragia multitudinis fiunt; quanto enim talis electio declinat magis in regimen democraticum, tanto est minus perfecta, & huiusmodi vitiiis exposita. Nam in quocunque statu hominum pauciores sunt viri prudentes, & à priuatis affectionibus liberi, & ideo quando electores sunt omnes de populo, vel congregatione, vel magna multitudo, plures eorum sunt vel iuuenes, vel minus prudentes, vel in suis affectibus non satis moderati, atque ita facile est multos corrumpere, aut decipere, aut aliis modis subornare, & inde oritur spiritus ambitionis in his, qui sperant se posse his mediis consequi prælationem.

Incommoda
v. c. 1. ex
v. c. 2. ex
v. c. 3. ex
v. c. 4. ex
v. c. 5. ex
v. c. 6. ex
v. c. 7. ex
v. c. 8. ex
v. c. 9. ex
v. c. 10. ex
v. c. 11. ex
v. c. 12. ex
v. c. 13. ex
v. c. 14. ex
v. c. 15. ex
v. c. 16. ex
v. c. 17. ex
v. c. 18. ex
v. c. 19. ex
v. c. 20. ex
v. c. 21. ex
v. c. 22. ex
v. c. 23. ex
v. c. 24. ex
v. c. 25. ex
v. c. 26. ex
v. c. 27. ex
v. c. 28. ex
v. c. 29. ex
v. c. 30. ex
v. c. 31. ex
v. c. 32. ex
v. c. 33. ex
v. c. 34. ex
v. c. 35. ex
v. c. 36. ex
v. c. 37. ex
v. c. 38. ex
v. c. 39. ex
v. c. 40. ex
v. c. 41. ex
v. c. 42. ex
v. c. 43. ex
v. c. 44. ex
v. c. 45. ex
v. c. 46. ex
v. c. 47. ex
v. c. 48. ex
v. c. 49. ex
v. c. 50. ex
v. c. 51. ex
v. c. 52. ex
v. c. 53. ex
v. c. 54. ex
v. c. 55. ex
v. c. 56. ex
v. c. 57. ex
v. c. 58. ex
v. c. 59. ex
v. c. 60. ex
v. c. 61. ex
v. c. 62. ex
v. c. 63. ex
v. c. 64. ex
v. c. 65. ex
v. c. 66. ex
v. c. 67. ex
v. c. 68. ex
v. c. 69. ex
v. c. 70. ex
v. c. 71. ex
v. c. 72. ex
v. c. 73. ex
v. c. 74. ex
v. c. 75. ex
v. c. 76. ex
v. c. 77. ex
v. c. 78. ex
v. c. 79. ex
v. c. 80. ex
v. c. 81. ex
v. c. 82. ex
v. c. 83. ex
v. c. 84. ex
v. c. 85. ex
v. c. 86. ex
v. c. 87. ex
v. c. 88. ex
v. c. 89. ex
v. c. 90. ex
v. c. 91. ex
v. c. 92. ex
v. c. 93. ex
v. c. 94. ex
v. c. 95. ex
v. c. 96. ex
v. c. 97. ex
v. c. 98. ex
v. c. 99. ex
v. c. 100. ex

VII. Præterea ex huiusmodi electionibus plerunque sequi solent diuisiones & schismata, quæ eleganter, & fuisse profertur Chrysost. lib. 3. de sacerdotio à medio, & experientia notiora sunt, quam ut verbis à nobis exaggerari necesse sit. Aliud etiam incommodum ex his electionibus sequitur: nam periculum est, ne Prælati electi his infesti sint, qui suffragium eis non dederunt; aliis verò nimium conueniant, & quæ punita esse oportebat, dissimulent, & (quod grauius est) ad officia vel dignitates ordinis eos immeritos, & indignos promoueant: nã, ut dixit Gregorius lib. 2. epistoliarum c. 61. alias epist. 22. Si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus obedire, reuerentia exigente, compellitur: sique sit, ut & res illius minuantur Ecclesia, & ordo Ecclesiasticus non seruetur. Multa denique alia incommoda in huiusmodi electionis modo, ipso usu reperta sunt, propter quæ vitanda, multe religiones illum modum reliquerunt, alie relinquendum iudicant, & expstant, & in Ecclesia vniuersali videmus ablatas esse electiones Episcoporum, quæ olim à populo, vel clero fieri solebant, & in grauioribus electionibus, ut

Papæ, quæ ob aliquam necessariam causam in usu conseruantur, procuratum est, ut à paucis & selectis personis fiant.

Circa secundum eligendi modum per definiti-
rum consilium, occurrunt in primis rationes omnes, ob quas in c. 1. n. 8. diximus ordinariū regimen Societatis quoad omnia, quæ extra Congregationem generalem fiunt, esse à solis Prælati cum suffragiis aliorum consultiuius, non definitiuus, vnde enim ex actibus iurisdictionis est providere, seu instituire superiores: quæ igitur ratione alij actus iurisdictionis, vel administrationis Societatis committuntur iudicio, & potestati Generalis, hæc etiā prouiso commissa est: deinde quacunque ratione electiones fiant, non evitantur, licet fortè minuantur incommoda electionum, quæ sine dubio attentè considerata, maiora sunt, quam in prædicto Societatis prouidendi modo; quod in præfati amplius declaro: nam si Prouinciales, v. g. futuri essent in Societate per electionem, vel talis electio faciendâ esset à tota Prouincia in cōgregatione prouincialis, & sic illa electio iam esset totius multitudinis, & in ea locum haberent omnia dicta in n. 6. & 7. & quidem si qua incommoda visa sunt experimento cognita in electionibus religionum, maxime in his electionibus Prouincialium factis à toto prouinciali capitulo inuenta sunt. Nam quæ illa dignitas maior est, eo magis appeti potest, & quia personæ, quæ ad illâ electionem conueniunt, eiusdem sunt, & rationis, & prouincie, maius habent inter se commercium, & ideo facilius possunt negotiationes & præfationes intercedere. Hæc ergo electio nullo modo expediebat Societati, & in aliquibus prouinciis eius esset valde difficilis, & incommodus talis electionis modus. Ut in Indiis, in quibus præter difficultatem cōgregandi omnes, qui existunt in locis valde remotis, & in conuersione animarum sunt occupati, sæpe haberi non potest tanta notitia eorum, quos eligere oportet, præsertim cum sæpe expediat ex Europa novos Prouinciales admittere.

Alia esse poterat, ut à paucis & selectis hominibus eiusdem prouincie talis electio fieret: & ex hoc plura insurgerent incommoda, quam vitarentur. Nam prius oporteret inuenire modum designandi vel eligendi hos electores, quod esset difficultates augere, quia non minor prudentia, & rectitudo necessaria esset ad quemlibet eorum eligendum, quàm ipsum Prouincialem. Vel necessariū fuisset munus illud veluti iure ipso committere quatuor, v. g. antiquioribus professis, vel habentibus alia officia, quod sine dubio esset absurdissimum: nã antiquitas professionis, (& idem est de qualibet alia simili conditione) non affert secum tam ordinariè omnia dona necessaria, quàm oportebat ad munus eligendi adeo graue: ac deinde constitutis huiusmodi electoribus supersunt alia generalia incommoda n. 6. & 7. allata, circa electionem ab ipsis faciendam, propter diuersitatem iudiciorum, & affectuum. Et præterea potest vnum peculiare animaduerti: nam vel illi electores habituri erant potestatem eligendi aliquem, ex ipsismet, vel non. Hoc posterius esset moraliter impossibile, vel valde incommodum, quia, si difficile est, in vna aliqua tota prouincia dignum moderatorem inuenire vnius etiam monasterij, ut alias dixit Basilij, quem in Superioribus attulimus; quomodo quæso excludi poterunt ab huiusmodi munere, seu voce passiva, omnes illi electores, cum necessariò futuri essent ex præcipuis totius prouincie viris. Illud autem prius, quod scilicet ipsi simul essent & electores, & eligendi, non parum haberet incommodi in tam paruo electorum numero.

Moraliter ergo rem considerando, necessarium fuit Societati, ut Prouincialium prouiso Generali commit-

VIII.

Contra ab-
tutum quem-
dem eligendi
modum quæ
rationes mi-
lis est.

Quæ item
incommoda.

IX.

Sine inder-
minat pauci
consistunt.

X.

Concluditur
non expedire
iplos etiam
provinciales
fieri per vota
congreg.
generales.

committeretur, eo ipso quod per Prouincialem cōgregationem fieri non expediebat. De ipso autem Generali iam reddita est ratio c. 1. n. 6. cur Afsistentium suffragia non sint definitiua, & ulterius confidero, si quid incommodi est in hoc, quod huiusmodi prouisiones per Generalem fiant, illud non minui ex eo quod suffragia consultorum, seu Afsistentium definitiua sint: quia eandem noticiam requirunt, quam non possunt nisi per informationē obtinere, & in rigore maior videtur necessaria ad definiendum, quam id consulendum: nam consilium sæpe datur, supponendo factum, vel informationē potius, quam examinando veritatem eius; iudiciū autem definitiuum postulat diligens examen, & cognitionem facti, seu cōditionum personæ, quæ maiori diligentia, & sollicitudine fit ab vno, quando totum onus, & obligatio digne prouidendi officium ad illum pertinet. Ergo per suffragia definitiua non occurrat huic incommodo, & aliunde non vitatur ea, quæ in diuersitate iudiciorum, & affectuum inueniuntur.

XI.
Imo nec Prælatos locales
aliter, quam
per Generalem fieri
multipliciter
ostenditur.

Idem ferè discursus fieri potest de Præpositis localibus, seu Rectoribus; nam si electio à subditis faciendā non est, necesse est vt per aliquem Superiorem Prælatum prouideantur: constat autem id faciendum esse ex consilio prudentum, nam in omni graui negotio hoc semper necessarium est. Quod autem hoc consilium in Societate consultiuum sit potius, quam definitiuum, eandem rationem habet in hoc negotio, quam in aliis. Quod ergo hæc prouisio potestate ordinaria, non prouincialibus, sed Generali committatur, plures habet rationes morales valde congruentes. Prima, quia verisimiliter creditur Generalem liberiores futurum à singularibus affectionibus, vt plurimum loquendo, tum propter maiorem muneris obligationem, tum propter minorem dependentiam ab aliis, tum propter minorem familiaritatem cum singulis personis distantibus prouinciarij. Secundo, quia hoc modo melius seruatur perfecta subordinatio, & vnio totius corporis cū suo capite, quæ maximè necessaria est ad bonum eius. Tertiò, quia in Societate tanta est vnitas, vt quantum ad mutuum iuuamen & affectionem, omnium inter se perinde reputanda sit, ac si esset vna prouincia, & vna natio. Quod enim multiplicentur prouinciæ, solum est propter necessitatem prouenientem ex distantia locorum: in reliquis verò, quantum ratio instituti postulat, seruanda est maxima vnitas & communicatio bonorum omnium & mutuum auxilium, quoad fieri possit: vnde fit vt Rectores & Superiores vnus prouinciæ, sæpe ex alia prouideantur, vel è conuerso, vt qui in vna est superior, ad aliam mittatur, vt cōcionandi, vel docendi munus exerceat. Ob hanc ergo causam necessarium est vt potestas conferendi, & auferendi has prælationes sit in supremo capite.

XII.

Accedit quartò, quod Generalis cū perpetuus sit, habere debet comprehensam, vt ita dicam, totā Societatem, & altius prospicere, quæ personæ singulis locis necessariae sint, & ex quibusdam locis, vel prouinciis, aliarum Rectores prouidere, si magis expediens esse iudicauerit. Et similiter cum omnes exposti esse debeant, ad missiones Pontificias, quæ plerumque per Generalem fiunt, optimè potestas prouidendi superiorem cum potestate mittendi illos in eodem Generali coniungitur, vt cū aliquē Rectorem, v. g. inter infideles mittit, statim possit alium loco illius sufficere. Accedit tandem, quod licet potestas principalis sit in Generali, vti nihilominus debet auxilio Prouincialium, vt dignè & cōuenienter possit de superioribus prouidere, & sæpe potest hoc illis committere. Vnde fit vt per hunc modum non excludatur omnis vtilitas, quæ prouenire posset ex potestate Prouincialium, si eis cō-

mitteretur, & additur alia maior, quæ ex eo sperari potest, quod Generalis super omnes vigilet, & possit, vel cōfirmare quod rectè à Prouincialibus propositum, aut factum fuerit, iuxta potestatem eis cōcessam, vel certè emendare, quod minus expedire iudicauerit.

Ad primam ergo obiectionem in contrarium dici potest primo, hunc modum prouidendi Superiores, non esse nouum in religionibus: nam olim Episcopi, qui erant quasi supremi Prælati religionum, Abbates in monasteriis constituebant, iuxta Concilium Toletanum IV. can. 50. habetur in cap. 1. 18. quæst. 2. ibi. *Abbates atque officia instituerunt.* Hæc tamen verba glossa ibi ita limitat & exponit, vt semper intelligatur electio Abbatis pertinuisse ad monachos, nam instituerunt, exponit, id est, confirmare, vel si propriè sumatur, intelligit cum limitatione, scilicet quando monachi negligentes sunt, aut indignum eligunt, argumento cap. 1. *quis Abbas*, eadem causa & quæst. Quam expositionem sequuntur ibi Doctores communiter, fundanturque in aliis iuribus tribuentibus hanc electionem monachis, quæ iura sine dubio antiquiora sunt, præcipue enim sunt Gregorij & Pelagij Papæ, quos antecessisse Concilium Toletanum IV. certum est. Neque aliquid ex illis verbis colligi potest, sicut etiam nunc potest dici Episcopus habere ius instituendi Abbatissas, quamuis non possit illas creare sine electione monialium. Quocirca probabilis est à principio religionum illam consuetudinem fuisse magis receptam, vt supra etiam tract. 8. suo loco probauimus.

Dicitur ergo secundo nostra nihil referre, quod hic modus prouidendi prælatos nouus sit, vel antiquus, sed id solum attendimus, an sit expediens, nam constat de se malum non esse, & in Ecclesia in prouidendis pastoribus animarum frequentius vsurpari: si ergo etiam huic statui religioso magis expedire constiterit, rectè faciet illo vrendo, etiam si aliæ religiones ob alias iustas causas electionibus vtantur, vel semper vsæ fuerint; Quod autem nobis hic modus expediat, rationes à numer. 6. adductæ, vt credimus, satis persuadent, & non minus diuturna experientia quinquaginta annorum, vel amplius, cū hæc scribimus, in quibus cum magna pace, & quiete Societas hoc modo gubernata est, semperque ad huiusmodi officia ex dignioribus & aptioribus personis, quantum moraliter intelligi potest, assumptæ sunt, ideoque etiam ab externis hominibus prudentioribus, & grauioribus modis, quem Societas in hoc obseruat, magis ac magis commendatur, inter quos numerari potest Nauarrus comment. 3. de Regularib. numer. 3. in fin. vnde eadem experientia satis ostensum est non esse impossibile, quod in obiectione posita tanquam impossibile assumitur. In aliis enim religionibus, in quibus non est tanta dependentia vel communicatio cum Generali, fortè illud videretur impossibile; tamen in Societate, vbi est multo maior dependentia, & communicatio, non est admodum difficile, si inferiores Prælati, & alij officiales seu consultores fideliter sua munera exequantur, & Generales omnem curam, & sollicitudinem adhibeant, vt quisque illorum sit fidelis dispensator ac prudens, sicut per diuinam gratiam hæcenus conseruatum est.

Quod autem interdū aliquis error, vel defectus per ignorantiam committatur, licet in particulari hoc nobis non constet, nullum argumentum est, vt propterea mutari regimen debeat, quia prouidentia humana, non potest omnia incommoda præcauere, sed illa præfertur, in qua regulariter pauciora inueniuntur. Illa autem pericula, quæ circa informationes exaggerantur, communia sunt ad quem-

quemcunque modum electionis, seu prouisionis, quæ per homines fieri possunt. Et ita constat experientia nec Summum Pontificem, neque Episcopos, neque Reges, vel alios Principes, posse aliter officia vel dignitates providere, nisi accepta informatione quarundam personarum ab aliis fide dignis. Vnde ubi plures sunt electores, ad huiusmodi officia singulos per informationes duci necesse est ad rectè eligendum: non ergo cauentur dicta incommoda propter illum modum electionis, sed potius augerentur, nam certè minora timeri possunt quando vna tantum persona informanda est, & illa est adeò grauis, vt omnes illi maiorem reuerentiam, & fidelitatem debeant, & adeò prudens, & potens, vt alij nec facile possint, neque audeant illam decipere: ex parte etiam eorum, à quibus informatio sumenda est, minus etiam est periculi, quia non solum religiosi sunt, & timorati, sed etiam specialiter profectur, vt lib. 6. à cap. 7. vidimus, ne inter eos genus aliquod ambitionis aut negotiationis inueniatur. Quantum ergo humana conditio patitur, videtur huic errori sufficienter prouisum; quod euidentius cõstaret si omnia particularia media hic proponeremus, quibus Societas vititur, vt Generalis sufficientem notitiam personarum ad sui munus exequendum obtineat, sed hoc nec necessarium videtur, nec paucis verbis fieri posset; consulantur verò, quæ hac de re scripta sunt in ordinationibus contractis ac toti Societati communibus cap. 17. à numero 4. vsque ad finem capituli, & cap. 19. numero 4.

XVI.

Ad obiectum
in n. 4. non
repleatur
excluditur.

Ad secundam obiectionem, fatemur in primis electionem per suffragia subditorum habere illam humanam commoditatem, quod erit illis magis gratus & dilectus, si eorum voluntate fuerit assumptus: tamen hæc ipsa commoditas comparata ad incommoda quæ ex electionibus sequuntur, quasi nihil à nobis reputatur. Deinde si electiones fierent semper vnanimi consensu, vel saltem rectissima intentione, esset illa vitiosa estimanda; tamen cum sepe fiant per contentionem, & emulationem, illa, quæ respectu quorundam videtur commoditas, respectu illorum, qui non consenserunt electioni, solet esse magna perturbatio, quia vix possunt non solum diligere verum etiam patienter ferre Prælaturum suum, præsertim si propter negatum suffragiū illum sibi bene affectum non sentiant. Tertiò dicimus illud commodum esse mere humanum, vt sic dicam, nam qui perfectionem obedientiæ profectur, contentus est ea electione Prælati, quam intelligit esse magis consentaneam diuinæ voluntati, & per se meliorem, B. autem Ignatius potissimum optauit cum hoc spiritu suos alumnos educare, vt abstracti ab humanis affectibus & respectibus, eum velint habere Prælaturum, qui aptior in Domino sit ad gubernandum. Quarto speciali ratione est hoc magis necessarium in hominibus Societatis, quia non habent, vt ita dicam, firmum domicilium, seu ex vi instituti parati esse debent ad peregrinandum, vel habitandum in diuersis prouinciis & regionibus, & ideo assueti esse debent vt à cognitis & incognitis superioribus gubernentur. Quintò in Societate etià minus habet incommodi, quod superiores, ex vna domo ad aliam, vel ex vna prouincia ad alteram afferantur, tum quia in Societate non sunt filiationes domorum, vel prouinciarum, sed omnes quoad amorem & omnem beneficentiā, tanquam eiusdem domus reputantur; & tota Societas tanquam vna prouincia, vt supra num. 11. dicebam: tum etiam propter multam communicationem per literas, & varias missiones, ex qua nascitur vt personæ, præsertim grauioribus, & quæ ad hoc munus possunt assumi, sufficienter cognoscantur, & facile etiam possint alios cognoscere ad re-

gendum illos, tum denique quia regimen ipsum, est valde vniforme, & quasi eiusdem rationis in omnibus domibus & prouinciis, & ideo facile omnibus accommodatur.

Nihilominus dicimus in Societate non præmitti hoc genus suauis prouidentie in electionibus superiorum, quantum commodè fieri potest. Nam in primis, ferè semper, seu regulariter eliguntur superiores ex eadem natione, & frequenter ex eadem prouincia, quod si aliquando aliter sit, vel intercedit causa, vel necessitas vrgens, vel certè, quia persona in eadem prouincia educata est, & quasi naturalis effecta. Deinde nunquam huiusmodi electiones sunt, sine magna consultatione præcipuarum personarum vniuersitatisque prouinciæ, nec sine plurimum iudicio & assensu. Denique etiam habetur ratio affectuum, seu propensionum subditorum, procuraturque, vt quoad fieri possit, ab hominibus alias sibi gratis & acceptis gubernentur. Nam quod electiones fiant ab vno capite, non excludit hoc genus prouidentie, & prudentie, imò facilius potest ab illo obseruari, qui totius religionis maiorem notitiam habet.

De duratione superiorum infra Generalem.

Supereft, vt aliud punctum, in principio capituli propositum, de duratione superiorum, sub Generali, expediatur. Hi enim non sunt politius, vt sic dicam, perpetui, hoc enim Generalis proprium est, & meritò, tum quia ille solus, intra religionem à nullo pendet, omnes verò alij pendunt ab ipso: tum etiam, quia non est eadem necessitas in aliis, solus enim Generalis per electionem Congregationis generalis sit cuius frequentia vitanda fuit, vt c. præcedenti n. 5. notauimus, reliqui verò sine electionibus, facile possunt ab ipso Generali mutari, & institui: tum denique, quia etiam Philosophia docet omnia mobilia niti, & fundari in aliquo immobili, vt per mutationes proprias sese mutuo inuent, & conseruent fundata & radicata in principio immobili: ita ergo in hoc corpore religioso Societatis, mutatio inferiorum Prælatorum necessaria est, propter varias causas, & occasiones, quæ moraliter occurrunt, & quia pauci apti sunt ad magistratū perpetuo gerendum cum suo & aliorum profectū, vt supra etiam tract. 8. dixi, tractando de Prælati regularibus in communi. Hæ autem mutationes facilius & vtilius fiunt existente vno principio, seu capite immobili, quantum patitur humana vita mortalis, iuxta dicta in c. 2.

Secundò, ex vi constitutionum Societatis, hi Prælati inferiores nullum ferè habent terminum præfixum, sed à voluntate Generalis pendunt: nihilominus in 9. p. constit. de Prouincialibus dicitur, ad triennium, vt plurimum esse constituendos; additur verò, quamuis & contrahi & prorogari etiam ad spatium temporis possit, quando ad maiorem Dei gloriam id fore videbitur: vnde ille terminus triennij (vt etiam in declaratione significatur) solum præfigitur, vt ordinariè possint commodè & sine nota finito illo tempore à munere remoueri: nam si oporteret tempus prorogare, sine vilo incommodo fieri posset, quia id cederet in personæ commendationem. Maius posset sentiri inconueniens, si ante illum terminum quis esset remouendus: verumtamen hoc etiam raro potest esse necessarium, & prudenter ita fieri potest, vt nulla inde infamia oriatur, vel certè interdum propter maius commune bonum permitti, vel etiam in poenam potest infligi. De alijs autè inferioribus Præpositis nihil dicitur quoad tempus administrationis eorum, sed solum quod Generalis eos constituere, ac remouere potest. ita in d. cap. 3.

P. 9.

XVII.

Ad obiectum
modicam in
electione
aliquam ter
inuenitur in
Societate.

XVIII.

Communis
prælati in
fra Generalem
non esse
perpetuos.

XIX.

Quid de
Prouincialium
duratione.

Id de lo.
calibus.

